



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 42. Caroli V. lex de suprema Regnorum Hispaniæ auctoritate

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

§. XLII.

Sæcul. XVI.
A.C. 1519.*Caroli lex de supra regnum His-
paniæ auctoritate.*

Carolus jam de fortuna sibi undique *Anton. de
adspirante securus, iter aggredi pa- Solis hist.
rabat, cum vero pertimesceret, ne ab nov. Hisp.
Hispanis alienæ, præsertim superioris au-
ctoritatis impatientibus crederetur, quod
ipse ad Cæsareos apices erectus Hispa-
niæ gloriam deprimere, novamque impe-
rio excellentiam tribuere velit: hinc Ca-
rolus priusquam in Germaniam pro-
ficeretur, legem promulgabat, qua Ca-
stellæ atque Arragoniæ Regna summa
potiri potestate, nullove pacto ab imperio
dependere declaravit. Præterea Hispa-
norum ambitioni (*) plenius satisfacere
intentus, Castellæ atque Arragoniæ Re-
gem, pari jure cum Franciæ ac Angliæ
Regibus, *Majestatis* titulo imposterum ho-
norandum esse, nova Lege sancivit;
quamvis avito Castellanorum usu eorum
Reges non nisi *Serenissimi* Principes ap-
pellarentur. Id Hispanorum genio per-
gratum accidit. Insuper supremum rei
veredariæ Magistrum nominavit, illoque
munere*

(*) Modestius de integra tamque celebri
Natione loqui, prudentem Historicum de-
ceret.

Sæcul. XVI. munere sat amplio Comitem de Villa de
 A.C. 1519. Miano ex illustrissima Familia de Taxis
 oriundum auxit, in eumque hoc officium hæreditario jure transfudit, eo con-
 filio, ut potentissima hæc domus Hi-
 spanos in Regis absentis obsequio firmi-
 ter contineret. Eodem ex fine Proce-
 rum quam plurimos velleris aurei Equi-
 tes creavit, atque inter eos Austuricæ
 Marchionem, Viziniani Principem, Car-
 donnæ Ducem, & Fridericum Henriquez
 Castellanæ classis Præfectum, præter a-
 lios nonnullos hoc honore auxit.

§. XLIII.

*Antonii Bohieri Cardinalis
 obitus.*

Gui Breton- **H**oc anno Sacrum Purpuratorum Col-
neau hist. de la Maison de Briconet. legium quatuor Cardinalium ja-
Jean. Chenu hist. archiep. Bituric. stram planxit; hos inter primus erat An-
Aubery hist. des Cardinals de Cardinaux. tonius Bohierus Bituricensis Archiepis-
Gaguin. l. II de Prato Franciæ Cancellarii copus. Is primam lucem aspexit Issio-
 Bituric. deri in Alvernia ac filius fuit Austre-
montii Baronis de Saint-Cierque, & Annæ de Prato, quæ Cardinalis Antonii
Primis adolescentiæ suæ annis Ordinem S. Benedicti in Abbatia Fescani in Nor-
mannia profesus, ibidem, nec non Ro-
thomagi ad S. Ovanum Abbas evasit;
referunt nonnulli, illum quoque Cancella-
rium,